EXPOSITIO

IN CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

Auctore F. ALOYSIO LEGIONENSI Auguſtiniano Diuinorum librorum primo in Academia Salmaticenſi interprete.

qua non ſolum verus literæ ſenſus eruitur ed etiam tropologicus mira facilitate & fœlicitate declaratur.

Opus cùm concionatoribus, tùm pietatis ſtudioſis omnibus apprimè neceſſarium.

ui acceſsit eiuſdem auctoris pia valdè & conſolationis plena explanatio in Pſalmum 26.

BIBLIOTECA … SALAMANCA

PARISIIS.

Apud EVSTACHIVM FOVCAVLT, via Iacobæa ſub ſigno Cochleæ.

Cum Priuilegio Regis. 1608.

REVERENDO IN Chriſto patri D. Franciſco de Harlay, S. Victoris Pariſiorum Abbati digniſſimo.

SAPIENTIA *abſcondita*, ſemel dixit, atque iterum, quondam ſapientiæ doctor, & *theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque?* Quidni dixerim ego ſapientiam abſconditam nouam hanc, nec minus doctam, quàm piam & eruditam Legionēſis noſtri in Canticum Salomonis explanationem? Abſconditam, inquam, quoad nos, cùm nullis adhuc ferè noſtrûm nota ſit, aut paucis admodum: Sapientiam autem, cùm non ſolum inter aliquos alicuius nominis recentiores auctores, locum noſter

Eccli. 20. 41.

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

SALOMON hoc in carmine, quod conſcripſit, dictante illi Spiritu ſancto, mutuum inter Deum, & homines amorem expoſuit, id eſt, Chriſti tum erga fideles ſingulos amorem. Expoſuit autem non ipſos, aut Chriſtum, aut Eccleſiam palam loquentes inducens, ſed introducens tanquam in ſcænam inter ſe amantes coniuges duos, qui Chriſti, & Eccleſiæ perſonam ſuſtinerēt, & mutua erga ſe charitate exprimerent ſummam illam, & cæleſtem coniunctionem amoris, quæ eſt inter Chriſtum, & Eccleſiam.

Orig. prolo. ī cā. Pſel prolo. in cā Hie-

F. LVYSII
LEGIONENSIS
AVGVSTINIANI
DIVINORVM LIBRORVM PRIMI APVD SALMANTI- CENSES INTERPRETIS.

IN PSALMVM VIGESIMVM ſextum Explanatio.

PARISIIS.

Apud EVSTACHIVM FOVCAVLT
via Iacobæa ad ſignum Cochleæ.
MDC.VIII.

ILLVSTRISSIMO D. D. GASPARI QVIROGA,

S. R. ECCL. CARDINALI archiepiſcopo Toletano, rerum fidei ſupremo iudici. F. Luyſius Legionenſis Auguſtinianus. S. P. D.

RES aduerſas, Quiroga Cardinalis ampliſſime, vulgo homines in malis ponunt, Stoici in fugiendis numerabant, rectè autem instituta ratio diſciplinaque Chriſtiana in bonis ducit. Non quod acerba & amara, amara & acerba non ſint: ſed quod ægris amara quæ ſunt, ſæpe ſint ſalutaria.

IN PSALMVM VIGESIMVM SEXTVM.

EXPLANATIO.

QVAMQVAM hic Pſalmus apud Hebræos ἀνεπίγραφος eſt, .i. ſine hiſtoriæ argumento, tamen quod è Græca inſcriptione colligitur, videtur ſcriptus à Dauide eſſe, quo tẽpore Saulem fugiebat, atque ea occaſione potiſſimum, quod ad ipſum Ceilæ commorantem confugiſſet Abiatharus ſacerdos, eiuſdem Saulis & ipſe iram & crudelitatem declinans. Nam cùm Dogæus quidam genere Idumæus Saulis Regis libertus, ad ipſum Regem detuliſſet Nobe in ædibus ſummi Sacerdotis Achimelechi Dauidem verſatum, ab eodem fuiſſe adiutum & conſilio & armis & commeatu, ira exarſiſſe Saul ſcribitur: & vt

piant. 640. proprium legis Euangelicæ id efficere. 641
Vulgus ambitione vacuum pietatem facilius amplectitur quam diuites. 881
Vulpibus Iudææ abundans. 162
Vulpes myſticè quid. 183. 186
Vulpes vinearum peſtes. 286.

Acheué d'imprimé ce vingtieſme Octobre, 1607.